



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avrea Clavis Paradisi Beatorvm, Omnibvs Christianis,
maxime Clericis, quotidie vsurpanda, praecipue hac
funestâ atque moesta belli tempestate**

Nicolartius, Petrus

Coloniae, 1643

In 11. porta valuae alterae Occident.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10096

statem & minas omnes contemnere , & æ-
terna morte dignus est.

§.113. Statue te quotidie singulari stu-
dio in conspectu illius Maiestatis , omni-
bus aliis cogitationibus semotis , perinde
ac si præter te & Deum nihil esset in mun-
do. Reuela illi viam tuam , allega tuas mi-
serias , & pericula salutis , quibus in hac vita
expositus ; & posce suppliciter opem , pro-
tectionem , & directionem in omnibus viis
& operibus tuis , vt in omnibus ita te regat
& dirigat , sicut nouit expedire saluti tuae &
gloriæ suæ .

In 11. porta valua altera Occident.

Not. §.114. Sponsus imperat Sponsæ ,
(Christus animæ) pone me , ut signaculum
super cor tuum (ardentissimis desideriis)
super brachium tuum (pijssima actione)
Cant. 3. Annulus signatorius figuraq; eius ,
quia semper in dito , ideo semper ante o-
culos , mentique obuersatur ; ita sponsum
anima piâ iugi recolet memoria , Christū
cuius ea signaculum gerit de pœn. d. 2. fin.
repræsentat quippe in nobis similitudinē
Dei , quod sicut à Deo vno creati sumus o-
mnes , ita ab vno propagati omnes . 33. q.
vlt. hæc imago . Beatus igitur vir , qui in hac
sapientia morabitur , & in iustitia sua me-

E 6 dita -

ditabitur, & in sensu cogitabit circumspetionem Dei. Ecclesiasticus 14. Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundum vias suas, & secundum fructum ad inuentionum eius. Ieremiah 32. Aperti sunt oculi eius in nos, ne nostri sint clausi, non respicientes illum. Imago speculi semper intuetur inspiciente speculum, cuius ea, quae est in speculo, immago est: imago Dei homo est: homo aspiciens se Deum semper, semper aspetet: faciat in se verum, quod S. David Psalmus 24. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam spissae euellent de laqueo pedes meos. Inuisibilem Deum, tanquam videns sustineat, cum Moyse; ut monet Paulus Hebreus 11. Prouideatque Deum in conspectu suo semper. Psalmus 15. Oculus Domini pascit iumentum. Plutarchus lib. de educ. liberis.

§. 115. Christianus per fidem videt Deum. 24. q. 1. quia. nondum per speciem; quia stat post parietem perspiciens per cancellos, respiciens per fenestras. Cantus 1. Leuentur oculi ad eum, qui habitat in celis. Psalmus 122. ubi si quid creatum tribuitur Deo, (ut statio ad fenestram) sit per similitudinem, non per proprietatem. 24. q. 1. odi. Quod proprius est, credi potest, capi non potest: cuin sit ille & trinus & unus. de consecr. dicitur 3. c. vlt.

Studeatur visioni Dei obtainenda. 109.

ut Eva Adamum, quia costa eius: sic anima Deum, quia Creator, affectet, continuusque operator. d. 56. nasci. Anima sit columba, dicat. *Quis dabit mihi penas sicut columba?* 7. q. 1. aduersitas. Gemens cum ea, cupiat dissolui & esse cum Christo, semper oculo fidei praesens. ib. si eam vendat. Cathedra eius euertetur a Christo. 1. q. 3. non solum columba; simplicitas mentis est. 16. q. 1. si cupis. d. 36. qui ecclesiasticis. §. ecce. omnibus Deum querentibus commendata. 6. q. 1. ex merito.

§. 116. *Ascendat in palmam Clericus, & fructus eius apprehendat.* Est palma immo strictior, & quanto plus ascendit, sit grossior; sit ita arctus in rebus terrenis amplius in querendo cogitando que Christum. d. 47. omnes. Ascendat Apostolorum SS. more, qui prius adhaeserunt Christo ab ipso docti, viderunt Deum Patrem, quia ipsum, in quo erat ille. d. 36. §. ecce. viderunt visibiliter operantem in sacramentis S. Spiritum. 1. q. 1. multæ. Nihil erat eis proprium, ut nihil ad videndum Deum ascendentibus esset graue. 12. q. 1. dilectionis. deserebant sua & suas, & se. 12. q. 1. præcipimus. memor res clericalis in capite rationis. ib. c. duo. credebant esse pessimum, videre nummum, non Christum. ib. 1. q. 1. multi. Socratem

E 7 auri

310 *In 11. porta cæli valua altera.*

auri pondus abiçientem vincebant, Christo adhærentes. 12. q. 2. gloria. Clericus similiter per sacræ scripturæ peritiam, alcēdat in palmam. d. 36 qui ecclesiasticis. magistri fiunt erroris, qui nesciunt scripturas, nunquam visuti Deum. 24. q. 3. quid autem. d. 36. 37. totā. nulla eis ætas sera, ad discendum sacra. 24. q. 4. si habes. med. semper ingitur eis inuigilent. 16. q. 1. sic viue. statis horis inuocent Deum se ostendentem. d. 91. Eleutherius. Hoc vt rectius & perfectius præstent, deoneren se curis secularibus. 21. q. 3. mollitiis. 11. q. 1. te quidem. At hoc rari præstant, vnde & rari, & vix vnoquam pœnitent recte. de pœn. d. 1. mensuram. & mox sequente. c. (NB.) Quis vidit aliquando clericum ciuo pœnitentiam agentem? sed & si deprehensus humiliauerit se, non ideo dolet, quia peccauit: sed confunditur, quia perdidit gloriam suam. pro!

Vltima cæli porta Occidua.

Ab excitato cœlestis patriæ desiderio exurgens.

S. 117. C ONSIDER A loci amœnitatem & pulchritudinē in quo Iusti semper erunt; qui tantum omnia huius mundi palatia